

quam, quia humiditas illa contraria est viscosis, & adhesionem impedit.

Tempore etiam variat coctura. Aestate enim magis coquuntur, vel olei minus additur, ne ob humiditatem nimiam diffuant & calore soluantur. Hyeme minus coquuntur, quia ipsorum consistentia dura, aeris frigiditate conseruatur.

Simplicior emplastrī forma est, cum omissis glutinosis & viscidis, plus cerae cum oleo liquatur, ut pulueres excipiat. Fiant etiam ex farinis, succis, pulueribus, mucilaginibus, absque cera. Oportet enim Pharmacopœum emplastrā reponere, partim, quod quædam magno artificio parentur; quæ si iis egeamus, non ita cito recte parantur: partim quod quædam tantuimmodo certis tem- Emplastror.  
poribus conficiantur, ut sunt emplastra ex succis catalogum  
herbarum. Accedit etiam, quod emplastra non vide apud  
facile antiquitate corrumpantur. Sunt autem em- C. Celsum  
plastra communiter in officinis usitata, diachy- lib. 5. c. 19.  
lon simpl. quod tumores duros emollit & dis- Aegin. l. 7.  
tit. Idem præstat diachylon magnum, quod po- c. 17.  
tentius est, è mucilagine seu diachylon compos. ad idem valet; verum etiam abscessus maturat. Sic etiam emplastrum de meliloto, quod omnes do-  
lores hepatis, lienis, ventriculi lenit, sic etiam tu-  
mores emollit & discuit. Emplastrum dininum  
mollit etiam, doloribus frigidis thoracis, scapula-  
rum medetur.

Oxycroceum, ab aceto & croco dictum, mollit,  
discutit, lenit, dolores iuncturarum, & quæ circa  
periostium sunt, tollit. Emplastrum contra ruptu-  
ram, adstringit, repercutit, fluxiones intercipit.

Q

De